Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

**Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

que sunt hec videns apud matheum et marcum tres proprias mulieres nominatas. Et duas quidem utrique evangeliste exponit mariam magdalenam et mariam iacobi. Tertia autem a matheo dicitur mater filiorum zebedei. A marco autem tertia illa salome appellatur. Beda. Iacobum autem minorem dicit iacobum alphei qui et frater domini dicebatur eo quod esset filius marie matertere domini. Cuius meminit iohannes dicens. Stabant iuxta crucem ihesu mater eius et soror matris eius maria cleophe. Mariam autem cleophe vocat eam dicere a patre seu a cognatione. Vocatur autem minor iacobus ad distinctionem maioris iacobi videlicet filii zebedei qui inter primos apostolos vocatus est a domino. Consuetudinis autem iudaice fuit nec ducebatur in culpam more gentis antique ut mulieres de substantia sua victum atque vestitum preceptoribus ministrarent. Unde sequitur. Et cum esset in galilea sequebantur eum et ministrabant ei. Ministrabant quidem domino de substantia sua ut meterent eorum carnalia cuius ille metebant spiritualia. Et ut typum ostenderent magistrorum quod victu atque vestitu ex discipulis debent esse contenti. Sed videamus quales comites habuerit. Sequitur enim. Et alie multe que simul ascenderant cum eo ierosolimam. Jeronimus. Sicut non excluditur muliebris sexus a salute per mariam virginem ita non repellitur a misteriis crucis sancte et resurrectionis. Propter viduam magdalenam mariam et ceteras matres. Glo.

Et cum iam sero esset factum quia erat parasceve quod est ante sabbatum,

Post passionem et mortem christi evangelista sepulturam eius enarrat dicens. Et cum iam sero esset factum quia erat parasceve quod est ante sabbatum venit ioseph ab arimathia. Beda. Parasceve

venit ioseph ab arimathia nobilis decurio qui et ipse erat expectans regnum dei. Et audacter introivit ad pylatum et petiit corpus ihesu. Pylatus autem mirabatur si iam obisset. Et accersito centurione interrogavit eum si iam mortuus esset. Et cum cognovisset a centurione donavit corpus ioseph. Joseph

grece latine preparatio dicitur quo nomine iudei qui inter grecos morabantur sextam sabbati appellabant eo quod in illo ea que requiei sabbati necessaria erant preparare solerent. Quia ergo sexta die homo factus est septima a die conditor ab opere suo requievit. Iure te salvator sexta die crucifixus humane restaurationis implevit archanum. Sabbato autem in sepulchro quiescens resurrectionis que octava die venturum erat expectabat eventum. Sic et nos in hac quidem seculi etate mundo necesse est crucifigi. In septima vero id est cum mortis acceperint debitum corpora quidem in tumulis animas autem secreta in pace cum domino post bona opera oportet quiescere donec octava veniente etate et corpora ipsa resurrectione glorificata cum animabus incorruptionem accipiant. Talem autem esse decebat qui corpus domini sepeliret qui et per iustitiam meritorum tali ministerio dig